



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Evstachivs M. 20. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

lutavit, Martyr etiam ipse futurus. Etenim ad annum Christi CCC. XLV. à Timotheo in forum tertio jam die successum coniectus est. Numerum qui puerorum olim inter flammam modulos mirati sunt, magis nunc inter easdem senem Cygnum IANVARIUM obstupuisse, cui, ut omnibus numeris suis constaret musica, voces suas Angeli junxerunt. Innoxium itaque ex equuleo suspendi tyrannus imperat. Sed vel omnibus laceratis nervis fortis tamen paruit. Iam cum victorem victus ante currum Puteolos egisset, bravium scilicet speravit IANVARIUS, A cursu ad carceres reductus, familiarem suum illic Sosium reperit. Mox ad bestias damnatus virtute suâ omnes circumavit, præter Procons. qui cum capitis sententiam in Divum pronuntiasset, oculis repente orbatus, tunc demum errorem suum vidit, jamque propitium Numen sibi à IANVARIO oravit. Sed diceres omnem, quam bestie posterant feritatem, in unum judicem coisse. Vix enim IANVARIUS lumen ingrato reddidit, cum hic gladio illi abstulit. Aspexere tamen fidei lucem, quam videns videre respuit Timotheus, quinque millia hominum. *Ex Baron.*

Vacat tibi ut Philosophus sis; non vacat tibi ut Christianus sis? verte potius sententiam, verte fecundiam: sis Dei Philosophus, & Dei vates, non quaerendo, sed imitando Deum: sapiens, ut non tam lingua quam vita eruditus, tam differas magna quam facias. S. Paulin. ep. 35.

S. EVSTACHIUS M. 20. Septembris.

EVSTACHIUS, olim Placidus (cujus vel nomen Romani Imperii hostes debellabat) dum fe-

ras sectatur, Christum inter cervicornua conspi-
cua habet, domumque nobile venationis spo-
liam fidam portat. Ab eo tempore etiam Chri-
stiani lobum suum habuerunt. Nam opes & fa-
miliam everfam mitto. Ab exilio exordior. In
hoc conjugem impurus nauta sub oculis avehit,
mox ipsos oculos (filios geminos) illum quidem
leo, hunc lupus rapit. Iam ille tantorum nuper ex-
ercituum Imp. pecoris fit Dictator, classicum bu-
bus canit, dux oves praerit, baculo in lupos pugnat.
Sed proditus demum a cicatrice, ad Traianum
iterum, ad exercitus ab aratro abducitur. Et vide
mihis fortunae ludum. Merent sub illo Agapius
& Theopistus, quas dentibus ferarum opiliones
olim excusserant, ipsissimi filii EVSTACHII; hi dum
alter alteri pueritiam suam narrant, & repente fra-
tres se mutuo salutant, audit haec e vicino mater
(cujus pudicitiae Deus consuluit, impio nautae
extincto) & utrumque ad ducem rapit, petitque,
filios sibi vindicet. Hic insperato EVSTACHIVS
pro se pronunciat, agnitusque & uxorem & filios
sibi addicit. Victor deinde Romam ingressus, ipsos
in triumphum Deos ducit. Dum enim his sacrificia-
re renuit, ad bestias cum suis damnatur, innoxius de-
nique tauro Phalaridis includitur. In hoc mugire
ipsum alii credebant, sed ille fortunam ridebat. Ex
Scrio.

*Indicaturus Domino lugubre mundus immugiet.
adducetur cum suis stultus Plato discipulis, Aristoteli
argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus
pauper exultabis & ridebis, & dices: Ecce cruci-
fixus Deus meus; ecce iudex qui obvolutus
pennis in praesepio vagabit. S. Hier. ep. 1.*

V 2

S. MAT.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN